



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

9 Aduocati Consistoriales subrogati Defensoribus Regionarijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**



Domini 1062. pag. 303. cum  
 seq. vbi recensentur Arringhæ,  
 siue vicissitudinariæ responso-  
 nes, & replicationes, quæ olim  
 in Iudicio fieri consueuerant in-  
 ter Aduocatos, quarum memi-  
 nit Speculator *tit. de Aduocat. §.*  
*nunc de exordijs, & Arringhis.*

Quare\* si nomen, & officium  
 Defensoris propriè conuenit Ad-  
 uocato, vtiq; adiectiuum Regio-  
 narij conueniet dumtaxat Con-  
 sistoriali, in quo ad amissim  
 concurrunt omnia, quæ olim  
 in Regionario exegit D. Gre-  
 gorius.

Primò nempè modus electio-  
 nis; nam sicut olim nemo po-  
 terat militare in schola Defen-  
 sorum Sedis Apostolicæ, qui

B 3 non



non fuisset ad huiusmodi officium specialiter electus, & ordinatus à Summo Pontifice iuxta formulam superius relatum ex Epistolis D. Gregorij, qui *lib. 10. indict. 5. cap. 48. Epistola 48. scripta Romano Defensori* mandat compesci ausum temerarium Tonsuratorum Siciliae, qui nomen Defensorum, vsurpauerant sine Epistola Pontificia; ait enim, *Proinde experientie tue presenti auctoritate precipimus, ut hoc diligenter inquirat, & si quos sibi, praeter eos, qui huius rei Epistolas habent, repererit, districta illud emendatione compescat.* Ita \* neque ullus adscribitur Collegio Advocatorum Consistorialium sine

ne